In Xpi nomine. Noverint universi. Quod ullus in carne positus mortem evadere potest. Id circo Ego Franciscus Mastort prochie bte Marie de Gallex
dioc. barchn. positus in magna infirmitate tamen in meo bono sensu clara memoria firmaque loquela meum facio condo et ordino testamentum
In quo quidem testamento Eligo manumissores meos et huius testamenti exequtores videlicet Franciscum Ledo alias Corte avunculum meum prochie bti
Stephani de Palaudaries Et Alianore uxorem meam Quos carius rogo in dno ut ipsi ambo vel alter ipsorum possint sive possit complere hoc
meum testamentum sicuti mea ultima voluntate. Accipio autem pro aia mea et omnium fidelium deffunctorum quinque libras monete barchn. de quibus volo in
fiat mea sepultura misse tercium dierum et capitis anni bene et honeste ad cognicione dictorum meorum manumissorum quam sepulturam eligo in cimiterio
bte Marie de Gallex. Et primo volo et mando quod omnia debita mea et omnes iniurie mee persolvantur et restituantur per dictos meos manumissores que
debita legitime apparuerint per albarana vel per testes fide dignos. Item dimitto cuilibet altari constructo in dicta eccla unum solidum pro una missa celebranda
Item dimitto cuilibet bacino assueto in dicta eccla duos denarios. Item dimitto dno meo feudalli unum solidum. Item dimitto cuilibet manumis-
sori meo quinque solidos honere dicte manumissorie. Residuum vero dictarum quinque librarum volo quod distribuatur in missis celebrandis et in aliis
causis piis ad cognicione dictorum meorum manumissorum. decem libras volo quod in continenti facta mea sepultura celebrentur triginta
et tres misse que vulgariter nuncupantur Sti Amatoris in dicta eccla de Gallex per rectore seu eius vicarium. Item recognosco Alianori uxori mee
quadraginta et quinque libras quas attulit michi et in mansum meum Mastort misit volo quod sibi dentur de bonis meis et dicte hereditatis sine
ulla questione. Item dimitto eam Alianore uxorem meam dompnam potentem et regentem dictam hereditatem mea stante castam et sine viro
Item dimitto ipsam Alianore uxorem meam et Franciscum Ledo avunculum meum prochie de Palaudaries et Baltesar Maho prochie Sti Stephani de pa-
tibus rectores et gubernatores Salvatoris et Migualete filiis meis. Item dimitto Migualete filie mee quinque solidos racione legitime. Item recognosco dne
Marie madastre mee duodecim libras monete barchn. quas inveserunt in censuali mortuo in villa Granullariorum supra bona paratoris pen-
sionatoris dicte ville ut in instrumento ipsius censualis lacius continetur. Omnia alia vero bona mea mobilia et inmobilia habita et habenda dimitto
Salvatori Mastort filio meo et ipsum filium meum heredem universalem instituo. Et si dictus Salvator obierit quandocumque sine filiis ex legitimo matrimonio
procreatis aut cum filiis et illi non venerint ad etatem condendi testamentum in illo casu dimitto Migualete filie mee et ipsam heredem universalem instituo. Et si dicta
Migualeta filia mea obierit quandocumque sine filiis ex legitimo matrimonio procreatis aut cum filiis et illi non venerint ad etatem condendi testamentum in illo casu dimitto
propinquiori de genere meo ex parte patris. Et hec est mea ultima voluntas et meum ultimum testamentum quam et quod volo valere iure testamenti et si non valet
iure testamenti saltem volo quod valeat iure codicillorum aut nuncupati testamenti vel alterius quod de iure valere possit et tenere. Actum est hoc in predicta
bte Marie de Gallex vicesima die mensis Januarij anno a nativitate dni millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. Sig+num Francisci
Mastort testatoris predicti qui hoc meum testamentum laudo et firmo.

Testes vocati et rogati sunt huius testamenti Jacobus Vilarosall prochie
de Pera et Johannes Regosera scolaris de Mollet

Sig+num mei Juberti Gallart pbri rectoris eccle prochialis bte Marie de Gallex qui hec scribi feci et clausi.